



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Polycarpvs Ep. M. 26. Ianuarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

64 *Vita Sanctorum.* 26. I A N.
dies IESVM & MARIA M sonare, flo-
res Crucis dare, hanc osculis fatigare;
ut post tot amores manifestus iterum
IESVS HENRICI nomen in AMAN-
DI mutarit, & MARIA (cujus solo no-
mine in fugam orcum dabat) humana
nauseanti cælestem liquorē propinarit.
Cæterum (mecum mirare) hucusque
in primo gradu virtutis confistere A-
MANDVM suum Christus docuit, &
Seraphinum alatum in cruce suâ indu-
tus docuit per adversa non ire, sed vo-
lare in cælum. Abhinc scortator, sacro-
rum fur, impostor, veneficus audiit
AMANDVS, ut succumbere potuisset,
nisi IESVS & MARIA Angelique col-
loquiis suis identidem firmassent. His
succollantibus in cælos evasit, anno
M. CCC. LXV. qui sequi volunt, legant
scandalique *Rupes*, quas scripsit. Ex
Ann. Ordin. Præd.

S. POLYCARPV S E P. M.
26. Januarii.

A ntistes Smyrnensibus POLYCAR-
PV S à Divo Ioanne Apostolo datus
est, eâ apud omnes fuisse auctoritate
memoratur, ut subinde sperare ausi sint
Iudæi, Christianos, missio Christo, PO-
LYCARPV M secutiros. Libertate
quæ Christianæ in dicendo fuerit, ar-
gumento sit ejus cum Marcione hære-
tico congressus, qui cùm ad conspectū
suum

27.IAN. *Vita Sanctorum.* 65
suum exhorrescere Divum videret , au-
daciâ linguam armante , *Nosce nos*, ait,
amabo. At POLYCARPVVS , vultu ad
severitatem composito , id tantum re-
spondit , *Novi e quidem primogenitum*
Sathanam. Cæterum Romæ cùm degeret ,
divinitus de morte suâ edoctus , lictori-
bus obviam progreditur. Sub pugnæ
initium voce è cælo animatur , jamque
Christo malè jussus dicere: *qui; inquit,*
malè illi possū dicere, qui ipsos LXXX.
annos famulanti sibi mali nil fecit un-
quam? Ergo ad rogam damnatur. Sed
virtutem ipse absolvit ignis , dum tan-
gere veritus structâ velut è flammis
porticu ambit innocentem , nec jam
lædit, sed regit, suavissimum interim in-
adstantes odorem ejaculatus. Ad ex-
tremum gladio confonas sanguine ignem
extinxit, nobili nimbo , & quem
vel suis imbris calū præfert. Ex Sur.

S. IOANNES CHRYSOST. E.
27.Januarii.

CHRYSOSTOMVM laudibus suis
pingat alter Chrysostomus ; nos
umbram damus. Nondum Pontifex
Byzantinus erat IOANNES , cùm in
eius conspectum se dedit Apostolorum
Princeps D. Ioanne Evang. comite , &
sanctioris potestatis ac magisterii indi-
ces claves illi ac librum obtulit. Et verò
quid mirum, si hoc Doctore etiamnum .

E orbis